FOSSILIA AEGYPTIACA MUSEI BORGIANI VELITRIS DESCRIPSIT GREGORIUS WAD...

Gregers Wad

Digitized by Google

12

FOSSILIA ÆGYPTIACA

MUSEI BORGIANI

VELITRIS

DESCRIPSIT

GREGORIUS WAD

DANUS

Societatis privatae physicae Goettingensis
et Volscorum Veliternensis sodalis

VELITRIS

MDCCLXXXXIIII

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI

Vix exprimi dicendo potest, quantam capiat voluptatem rerum mineralium diligens investigator, cum musea perlustrat veteribus instructa monumentis, quae ex fossilibus, praesertim Graecis, Asiaticis, & Africanis constant. Hanc autem excellentem voluptatem nullibi quisquam haurire integram potest praeter quam in Italia, & maxime Romae, ubi musea, quae inter *Pio-Clementinum*, et templa, et aedes, et villae latum praebent campum, ut veteres auctores, qui res naturales tractarunt, cum his ipsis, ut ita dicam, incorruptis et vetustissimis exemplaribus conferat. Utinam possem ego exprimere eam, quam in hac re cepi incredibilem voluptatem et Romae, et in praecipuis Italiae civitatibus: quamque maximam et iucundissimam haurio, dum propter singularem liberalitatem *Eminentissimi Cardinalis Stephani Borgia* datum est mihi morari in instructissimo museo, quod ipse summo studio excitandum, ornandumque *Velitris* curavit, ut nobilissimae patriae suae, quae et propter Augusti maiores, et pluribus aliis nominibus est commendata, aliud hoc eximium ornamentum accederet, quod dudum iam *Musei Borgiani* nomine praedicatur. Iucundum sane ac doctum spectaculum est, intueri tam grandem collectionem optimorum monumentorum: quae perinde quasi catena esset, perpetuis anulis sibi succedentibus constans, offert oculis uno adspectu tot monumenta spectantia ad *Aegyptios*, *Volscos*, *Hetruscos*, *Graecos*, *Romanos*, *Indos* quoque, et *Arabas*, et *Boreae*, et *Mexici* populos, aliasque dissitas gentes.

Digitized by Google

Mineralium rerum studium, quo et ipse delector, potissima ratio fuit, ob quam Italiam adivi. Plura in ea et maxima ubique praeclara et illustria. Sed *Museo Borgiano* perculsus est animus meus. Dicam solum incredibilem mihi omnino occurrisse locupletissimam collectionem Aegyptiorum monumentorum, quae in eo extat; quamque ut oculis hisce meis vidi, verissima deprehendi, quae de eadem scripsere tum ab anno 1790. *Commendator Dolomieu*, vir in mineralogia cum primis doctus (1), tum posthac *P. Iohannes Petrinius*, vir et propter museum minerale factum Romae in collegio Nazareno (2); et propter libros de rebus mineralibus editos clarissimus, in *Museo Borgiano* videlicet integram extare Aegyptiam lithologiam (3). Quorum ego verissimo

(1) In *Iournal Physique* mensis Septembris an. 1790. extat eius epistola de Basaltis origine ad cl. Baronem de Salis Masklin, in qua haec habet: *C'est sur-tut dans le Museum Borgia de Veletri que l'on voit un si grand nombre de monumens égyptiens, qu'ils peuvent presque servir à faire la lithologie complette de l'Egypte.*

(2) In hoc museo mineralogi amici cl. Petrinii fundatoris protomen eiusdem ex candido marmore Lunensi statuerunt, addita hac epigraphe, quae Cardinalis Borgia studium et favorem erga cultores bonarum artium luculenter ostendit.

IOANNI . PETRINIO . SCHOL . PIARVM
LITHOPHYLACII . AVCTORI . ET
MINERALOGIAE . IN . VRBE . RESTITVTORI
MINERALOGI . AMICI . POSVERVNT
A. MDCCLXXXXIV
CVRANTE . VIRO . E . STEPHANO . BORGIA . CARDINALI

(3) *Gabinetto Mineralogico del Collegio Nazareno* Tom. 2. Roma 1792. pag. 251. *Museo Borgia, in cui gli scelti monumenti* (Egiziani) *giunti oggimai per le dotte cure dell' Eminentissimo Porporato ai* 410. *formano una compita scuola di mineralogia Egiziana.*

Digitized by Google

testimonio haec breviter addam: hanc scilicet collectionem Aegyptiorum monumentorum ita esse comparatam, ut praeter Imperatoria Alexandrina numismata, quae *Georgius Zoëga* vir doctissimus, mihique amicissimus explicavit (4); ac praeter unicam papyrum Graeco-aegyptiam, quam clarissimus professor *Nicolaus Schow* illustravit (5); rarissimamque et vix credibilem copiam membranarum Coptarum, quarum aliquot adiectis commentariis lucem iam publicam aspexerunt (6); praeter haec, inquam, omnia insuper exhibeat tercentum et viginti tres gemmas, quas inter nonnullae ad instar scarabaeorum et gemmarum antiquitus fictae, formatae nempe ex creta, [vulgo *paste antiche*], partim artis Aegyptiae et Graeco-aegyptiae, partim ad classem Abraxearum gemmarum spectantes; et insuper quatercentum

(4) *Numi Aegyptii Imperatorii prostantes in Museo Borgiano Velitris &c.* Romae 1787. in 4.

(5) *Charta Papyracea graece scripta Musei Borgiani Velitris qua series incolarum Ptolemaïdis Arsinoiticae in aggeribus et fossis operantium exhibetur.* Romae 1788. in 4.

(6) *Specimen versionum Danielis Copticarum nonum, eius caput memphitice et sahidice exhibens*, edidit et illustravit Fridericus Münter Hafniensis a. m. et soc. Volsc. Velit. Sod. Romae 1786. in 8. Idem: *Commentatio de indole versionis novi testamenti Sahidice. Accedunt fragmenta epistolarum Pauli ad Timotheum ex membranis Sahidicis Musei Borgiani Velitris.* Hafniae 1789. in 4.

Fragmentum Evangelii S. Iohannis graeco-copto-thebaicum saeculi IV., additamentum ex vetustissimis membranis lectionum evangelicarum &c. ex Veliterno Museo Borgiano opera et studio F. Augustini Antonii Georgii Eremitae Augustiniani. Romae 1789. in 4. Idem: *de miraculis S. Coluthi et reliquiis actorum S. Panesnio. Praeit diss. Eminentissimi Stephani Card. Borgiae de cultu S. Coluthi M., accedunt fragmenta varia in notis inserta omnia ex Museo Borgiano Veliterno.* Romae 1793. in 4.

Digitized by Google

nonaginta duo (7) Aegyptia monumenta ex saxis et lapidibus, e creta candida malta vitrescente variis coloribus obducta [vulgo *porcellane*]; tum ex aere plumbo, ligno, ebore, et linteis pictis, quae ad ornatum cadaverum Aegyptiorum inservierunt: quibus sunt addenda *rudia* aliquot fossilia Aegyptia decem et octo numero.

Sicuti vero ea ipsa monumenta, si eruditionem et artificii genus consideretur, in admirationem rapiunt; ita materies, qua pars magna eorumdem constat, ad Aegypti geognosiam pertinet, patefacitque viam ad ea fossilia illustranda, quorum etsi veteres scriptores meminerint, adhuc tamen de iis inter Mineralogos disputatur. Atque id me punctim movit, ut haec *fossilia Aegyptiaca* describerem: quod, ut credo, gratum erit cum ipsi *Purpurato Princip*., qui me ad scribendum hortari voluit, tum rerum mineralium studiosis, quibus praebeo modo argumentum nondum peculiariter ab ullo tractatum. Quae igitur fossilia descripsi monumentorum gemmarumque *Musei Borgiani*, eadem huc illuc brevioribus animadversionibus instruxi, ubi argumentum illas desideravit. In descriptione systema *Wernerianum* sectatus sum, quo nullum ad rite determinandas has res perfectius cognovi; in iisdem autem disponendis systema a cl. *Emmerlingio* professore Giessensi editum reliquis praetuli. Quod postremo ad rationem scribendi pertinet, quas, et quam multas offendere debuerim difficultates, facile intelligent ii, qui animadvertent, nullum hactenus de hoc systemate scriptum latine librum prodiisse.

(7) Post descriptionem factam a cl. Wad, accesserunt Museo Borgiano alia XXXI monumenta Aegyptia ex fossilibus, aere, et malta, adeo ut nunc ascendant ad num. DXXIII.

Digitized by Google

Fossilia geognostica, quatenus illa ad systema oryctognosticum referri non possunt, reliquis praemisi, non tam quod insigniora monumenta ex illis elaborata habeantur in *Museo Borgiano*, sed quod illa, sicut reliqua fossilia geognostica, ad certius cognoscendam mineralogiam Aegypti aliis praestant. Licet enim gemmae, qua appellatione a *Plinio* vocantur varii lapides duritie, pelluciditate et suavitate colorum plerumque insignes, cultui et ornatui corporis inservientes, quantum ex reliquis fossilibus concludi potest, naturae Aegypti non repugnent: [et certe *Plinius lib.* 37., aliique veteres scriptores Aegypto plures pretiosos tribuunt lapides, maxime vero opalos, chalcedonios, amethystos, achates, cyanon, onyces, smaragdum, aliosque]; tamen cum sciamus Aegyptios, non iam vetustissimos, nam ii, suis contenti bonis, commercia extera et navigationes non curabant, habuisse cum Aethiopia et Oriente floridum commercium, Ptolemaeorum praesertim tempore (8), potuit aliquando evenire, ut hos lapillos potius ab exteris compararent, et dein scalptura affabre ornatos in proprium usum redigerent, quam ex visceribus terrae semper effoderent; nonnullae etiam ex gemmis, quas recensui, selectae sunt ex classe Abraxearum, quae cum ex Aegypto venerint, et naturae loci non repugnent,

(8) De commerciis et navigationibus Aegyptiorum vide Dissertationem Frid. Sam. de Schmidt inter eius opuscula, quibus res antiquae, praecipue aegyptiacae, explanantur, Carolsruhae 1765. Et Tom. I. *de gubernio et commercio nationum antiqui mundi*, ubi de Carthaginiensibus, Aethiopibus, et Aegyptiis, germanice scriptum editumque *Göttingen* 1793. a cl. Arnoldo Heeren Bremensi de Museo Borgiano optime merito propter eius *expositionem fragmenti tabulae marmoreae operibus caelatis et inscriptionibus graecis ornatae* Romae editam an. 1786. in 4.

Digitized by Google

licet ad artem Aegyptiam, aut Graeco-aegyptiam non spectent, tamen nil vetat quod fossilibus Aegyptiacis accenseri valeant.

Basalten granitae statim subiunxi, quia, ut in Catalogo dixi, duae eius dantur species, altera ex montibus primitivis, altera *Werneriana*, ex montibus secundariis originem trahens, quae si nomine distinguendae essent, primigenia illa fortasse *basanites* rectissime vocaretur.

Ceterum monendi sunt Lectores, fossilia ex monumentis figuratis, numeris arabicis; ex rudibus, literis Romanis; ex gemmis, numeris arabicis et asterisco distincta haberi in Catalogo, cui humanissimus *Zoëga* addidit perbreves adnotationes, opportunas profecto ad agnoscendam magnitudinem et formam praecipuorum Aegyptiorum monumentorum huius praestantissimae collectionis. Gemmae vero in *dactyliotheca Aegyptia Borgiana* comprehensae maximam partem operis sunt Graeco-aegyptii, nisi dum in notis a *cl. Zoëga* appositis dicitur, inesse iis characteres hieroglyphicos, aut antiquae Aegyptiae artis genium in ipsis agnosci: reliqua autem monumenta cuncta fere ex ipsa Aegypto ab Eminentissimo possessore accersita, ubi de artis modo nil dictum habetur in notis, eam ostentant scalpturae indolem, quae in veterum Aegyptiorum operibus vulgo observari solet.

Haec fuere, quae huic Catalogo praemittenda duxi, qui si doctis et aequis harum rerum iudicibus haud displicuerit, id mihi alacritatem addet in hoc amaenissimo studiorum genere plura et maiora conandi. Scripsi Velitris in ipso *Museo Borgiano* die XVI. Maii MDCCLXXXXIV.

Digitized by Google

FOSSILIA ÆGYPTIACA

GRANITES

a) *silice quarzo vulgari, argilla feldspato vulgari et argilla mica.*

N. 379. 380. 381. 405. 456.

Granites grande-granulosus, quarzo canescenti-albo, feldspato partim lacteo-albo raro, partim carneo-rubro, cuius plurima est pars, & quidem crystallisato crystallis prismaticis quatuorlateralibus mediocriter grandibus, atque mica atro-nigra; textura densa.

Ex his speciminibus Veliterni *Musei Borgiani*, quae sunt magna fragmenta obeliscorum ex Aegypto Romam advectorum, nempe *n.* 380. obelisci Lateranensis, & *n.* 379. antiquae eius basis: *n.* 381. obelisci, qui exstabat in insula Tiberina, *n.* 456. obelisci Campensis, modo in area curiae Innocentianae; ac tandem *n.* 405., quo designatur truncus inferior obelisci an. 1791.

---

n. 380. Altum palmos 5, latum 3; hieroglyphicis notis decorum.

n. 379. Longum palm. 6, altum palm. 1, uncias 6; cum parte inscriptionis veteris.

n. 381. Altum palm. 4, unc. 3; latum palm. 2, unc. 3; hieroglyphycis insignitum.

n. 456. Altum palm. 9, latum 3; cum figura grandi & notis hieroglyphicis.

n. 405. Altus palm. 9, latus palm. 2, unc. 1; hieroglyphice inscriptus.

Digitized by Google

reperti in ruinis veteris Praenestis, clare patet, marmor *Syeniten Plinii lib. 36. 8.*, qui propter texturam granulosam πυρροποικιλος appellabatur, esse graniten nostrum stricte sic dictum.

N. 249.

Granites grande-granulosus, quarzo canescenti-albo, feldspato ad carneo-rubrum vergente & mica partim viridi-nigra, partim in superficie tombacino-bruna; textura minus densa.

N. 342.

Granites grande-granulosus, quarzo canescenti-albo, feldspato, cuius plurima est pars, & cuius grandes hinc et illinc videntur maculae, partim eiusdem coloris, partim ad carneo-rubrum vergentis, & mica tombacino-bruna; textura minus densa.

N. (A)

Granites grande-granulosus quarzo albo semitransparenti, feldspato, cuius maxima est pars, lateritio-rubro imperfecte prismatice-crystallisato, & mica virescenti-nigra.

N. 477.

Granites mediocriter-granulosus, quarzo canescenti-albo, feldspato partim eiusdem coloris, partim ad

---

n. 249. Fragmentum longum uncias 7, latum & altum 5 $\frac{1}{2}$: repertum Velitris. Est pars pedum & baseos statuae quae alta fuisse videtur palmos 3 $\frac{1}{2}$

n. 342. Statua mumiaca subsidens, hieroglyphicis notis insignita: alta palm. 1, unc. 2.

n. 477. Fragm. altum & longum palm. 1, unc. 2 $\frac{1}{2}$; latum unc. 9. Est circiter quarta pars statuae pastophorum referentis, scalpturae egregiae, cum notis hieroglyphicis tum sacello quod gestat incisis, tum trabi quae dorsum fulcit.

Digitized by Google

carneo-rubrum vergentis rarissimi et mica viridi-nigra; textura densa.

N. 445. 447. 448.

Granites mediocriter-granulosus, quarzo canescenti-albo, feldspato eiusdem coloris, cuius minima est pars, & mica atro-nigra; textura densa.

N. 178.

Granites mediocriter-granulosus, quarzo canescenti-albo, feldspato lateritio-rubro & mica canescenti-nigra, iisque aequalis multitudinis; textura densa.

N. 491.

Granites mediocriter-granulosus, quarzo canescenti-albo raro, feldspato eiusdem coloris & mica canescenti-nigra, iisque aequalis multitudinis; hinc et illinc videntur venae feldspati partim canescenti-albi, partim lateritio-rubri.

N. 338.

Granites mediocriter-granulosus, quarzo cane-

---

n. 445. Fragmentum altum unc. $6\frac{1}{2}$. Caput statuae quae alta fuisse videtur palm. 4.

n. 447. Fragmentum altum unc. 7, longum $6\frac{1}{2}$. Anterior pars statuae sphingem referentis.

n. 448. Fragmentum tabulae anaglyptice scalptae, cum notis hieroglyphicis margini incisis; altum unc. 9, latum $7\frac{1}{2}$.

n. 178. Fragmentum altum unc. $6\frac{1}{2}$. Caput statuae, altae olim circiter palmos 4, operis perelegantis, cum notis hieroglyphicis in trabe dorso applicata.

n. 491. Statua sellae insidens, alta palmos 2, scalpturae admodum rudis.

n. 338. Fragmentum altum unc. $10\frac{1}{2}$. Caput alto pileo tectum, avulsum a statua quae alta fuisse videtur palm. 3.

Digitized by Google

scenti-albo, feldspato lacteo-albo, mica nigra & tombacino-bruna; textura minus densa.

N. 487.

Granites mediocriter-granulosus, quarzo canescenti-albo, feldspato eiusdem coloris, & mica, cuius plurima est pars, atro-nigra.

b) *silice quarzo vulgari, argilla feldspato vulgari & argilla hornblenda nigra.*

N. 489.

Granites mediocriter-granulosus, quarzo canescenti-albo, feldspato eiusdem coloris et hornblenda canescenti-nigra, cuius maxima est pars, partim informi, partim crystallisata, quae nigrior superficiem reddit maculosam.

c) *argilla feldspato, argilla mica, argilla hornblenda & silice quodam incognito.*

N. (B)

Granites mediocriter-granulosus, feldspato partim lacteo-albo, partim pallide violaceo-coeruleo, ut videtur, prismatice crystallisato, mica atro-nigra, hornblenda nigra & silice coloris melleo-flavi, crystallisato crystallis minutissimis, ut videtur, prismaticis, raris; nitore interno vulgari & quidem vitreo; fractura

---

n. 487. Fragmentum altum unc. $3\frac{1}{2}$. Caput statuae, altae circiter palm. $2\frac{1}{2}$.

n. 489. Fragmentum altum unc. 10. Caput statuae, altae circiter palm. 6, cum hieroglyphicis in trabe dorso applicata.

Digitized by Google

conchiformi minuscula, semitransparens, rasura alba, semiduro, vulgo *granito rosato*.

d) *argilla feldspato vulgari & argilla mica*.

N. 179. 382.

Granites minute-granulosus, feldspato canescenti-albo & mica atro-nigra, utraque partibus aequabilibus, textura densa; in eodem adparet vena lata feldspati rubri.

N. (C)

Granites minute-granulosus, feldspato canescenti-albo minutissimis particulis & mica canescenti-nigra, cuius plurima est pars, & in qua inspersae sunt solitariae crystalli feldspati ad lateritio-rubrum vergentes.

e) *argilla feldspato vulgari, argilla mica et argilla hornblenda vulgari*.

---

n. 179. Ara, mumiarum figuris viginti & duabus, atque hieroglyphicorum characterum copia insignis: figura quadrilatera oblonga, altera ex faciebus amplioribus, quam anticam appellare possis, ad obliquam lineam inclinata, reliquis lateribus recte sectis ad libellam: alta palm. 2, uncias 2; longa palm. 3, unc. $7\frac{1}{2}$; lata ad basin palm. 1, unc. $8\frac{1}{2}$ in summo vertice unc. 11; sed dempta mumiarum in antica scalptarum prominentia, unc. $7\frac{1}{2}$.

n. 382. Fragmentum arcae sepulcralis, longae olim circiter palmos 11, latae palm. 5; tum externa tum interna facie figuris inscalptis & hieroglyphicis notis decorum. Sunt quasi tabulae duae utrinque planae ad rectum angulum coeuntes, quarum altera, quae pars fuit lateris sinistri, longa est palm. 4, spissa palm. 1, lineas 6; altera quae opposita fuit pedibus cadaveris, longa palm. 3, unc. 8, spissa palm. 1, unc. 1, lin. 7. Altitudo in facie exteriore est palm. 3, unc. $8\frac{1}{2}$: profunditas cavi corpori collocando aptati palm. 2, unc. 11. Vidit et delineavit Niebuhrius, Bulaki prope Cairum anno 1762, cuius videsis iter Arabicum tom. 1. pag. 205. tab. 32. 34.

Digitized by Google

N. 439.

Granites minute-granulosus, feldspato lacteo-albo, particulis minimis, mica atro-nigra rara et hornblenda eiusdem coloris, cuius maxima est pars, in eodem videtur vena arcta feldspati partim lacteo-albi, partim carneo-rubri; superficie paululum decomposita.

f) *argilla feldspato vulgari & argilla hornblenda vulgari.*

N. 446.

Granites mediocriter-granulosus, feldspato canescenti-albo, cuius minima est pars & hornblenda atro-nigra; textura densa.

N. 400.

Granites mediocriter-granulosus, feldspato canescenti-albo & hornblenda nigrescenti-viridi; textura densa.

N. 486.

Granites minute-granulosus, hornblenda atro-nigra, cuius plurima est pars, & feldspato carneo-rubro, partim integro, partim in argillam albam friabi-

---

n. 439. Fragmentum altum palm. 1, unc. 3; latum palm. 1, unc. 8; crassum unc. 8 $\frac{1}{3}$: ex inferiori parte simulacri ad communem hominum staturam eleganter expolitae, eo operis genere quod Ptolemaeorum saeculo proprium existimavit Winkelmannus; cum parte trabis hieroglyphicis ruditer scalptis insignitae.

n. 446. Fragmentum altum unc. 4. Caput statuae, altae circiter palm. 2 $\frac{1}{2}$.

n. 400. Scarabaeus, longus unc. 1, lin. 4; latus unc. 1.

n. 486. Fragmentum e pedibus parvae statuae, altum unc. 4 $\frac{1}{2}$ longum 8.

Digitized by Google

lem decompoſito, quod facit, ut cavernoſa inſtar ſcoriae adpareat ſuperficies.

N. 492.

Granites minute-granuloſus, feldſpato caneſcenti-albo & hornblenda obſcure praſino-viridi, utraque partibus aequalibus.

N. 17. 457. 490.

Granites minute-granuloſus, feldſpato caneſcenti-albo, hornblenda caneſcenti-nigra, utraque particulis minutis, & hornblenda olivaceo-viridi cuius plurima eſt pars, quae ſaxum viride reddit.

Hunc graniten Itali vocant, partim *baſalte verde*, partim *granitello verde di Egitto*.

Omnes hae ſpecies granitis, ſi primam excipias, vocantur a cel. *Wernero Syenites*.

BASALTES

Baſaltes Plinii, *Baſanites* Ptolemaei ſeu *lapis Aethiopicus* Herodoti & Strabonis, unde in *Muſeo Borgiano*, & in iis, quae Romae ſunt, plurima exiſtunt monumenta Aegyptia, ad duo diverſa genera referri debet; unum, quod ad montes primitivos pertinet, conſiſtit,

---

n. 492. Fragmentum altum unc. 8 $\frac{1}{2}$. Caput & humeri ſtatuae, altae circiter palm. 5; cum trabe hieroglyphicis inſignita.

n. 17. Statua throno hieroglyphicis ornato inſidens, alta uncias 8, olim inaurata, ſaltem in vultu, ubi auri veſtigia viſuntur.

n. 457. Scarabaeus, longus unc. 1, lin. 7; latus unc. 1, lin. 2.

n. 490. Fragmentum baſeos parvae ſtatuae, longum unc. 9 $\frac{1}{2}$, latum 3 $\frac{1}{2}$.

Digitized by Google

quantum adparet, sola argilla hornblenda nigra; quae interdum venis feldspaticis, frequenter autem quarzo, & feldspato, partim informi, partim crystallisato ita inspersa est, ut aliquando difficile sit determinare, sive ad basalten, sive ad syeniten *Werneri* referendum sit. Ad hoc genus adnumerari possunt granites nigri, quos sub *litt. f*) descripsimus, et basaltes *n.* 401. et 402. de quibus mox tractabimus. Alterum genus, quod recentioris formationis esse videtur, in omnibus convenit cum argilla basalte *Werneri*, si duritiem excipias duram, quae fortasse rationem suam habet in particulis minimis quarzeis, sive mixtis, sive inspersis. Hoc simillimum est *basaltae Italico*, seu *lavae basaltinae*, qua viae plurimae ab antiquis Romanis stratae fuerunt, et quam hodierni Romani & Veliterni vocant *selce* (*), vetustiores autem, *Plinius lib.* 36. 22. *Vitruvius lib.* 2. 7. *Livius lib.* 41. 27. *silicem*, & in inscriptione lapidis milliarii, quem in agro Pontino ante portam diversorii *Mesae* observavi, legitur Caesarem Nervam Traianum viam SILICE SVA PECVNIA stravisse. Plura argumenta huius rei videsis in opere *Francisci Mariae Pratilli della Via Appia lib* 1. *cap.* 7. *Napoli* 1745.

N. 401.

Basaltes atro-niger, nitoris interni nitentis, horn-

(*) Lapidicinae siliceae, quibus abundat tum ager Romanus, tum ager Veliternus, memorantur a cl. Cermelli in opere, cui titulus: *Carte corografiche e memorie risguardanti le pietre, le miniere, e i fossili &c. del Patrimonio, Sabina, Lazio, Marittima, Campagna, e dell' agro Romano. Napoli* 1782. *pag.* 34., & a cl. Lapi *del Selce Romano. Roma* 1784. *pag.* 10.

n. 401. Fragmentum altum palm. 1, unc. 4; latum unc. 11. Truncus statuae virilis nudae, hieroglyphicis notis undique refertae, quae alta fuit circiter palm. 3. Opus pulcherrimum, sive simulacri scalpturam species, sive notas hieroglyphicas, ea diligentia effictas qua uti solent scalptores gemmarum.

Digitized by Google

blenda informi : in hoc monumento videntur hinc et illinc venae granitis consistentis feldspato lateritio-rubro plurimo et quarzo canescenti-albo.

N. 402.

Basaltes canescenti-niger, nitoris interne nitentis conspersus minutissimis granis quarzi albi & hinc atque illinc maculis ochraceo-rubris forse ferri decompositi.

N. 324. 325. 337.

Basaltes coerulescenti-griseus nitoris interni micantis, fractura densa & quidem festucosa festucis albidis, rasura conescenti-alba, durus, opacus, gravis.

N. 340. 443.

Basaltes praecedenti similis : sed monumenta Aegyptiaca his numeris indigitata illita sunt bitumine nigro, qua de re vide *Plinium lib.* 35. 15.

N. 404.

Basaltes praecedenti similis, at inspersus granis minutis raris quarzi albi et hornblendae nigrae informis.

N. 234. 339.

Basaltes canescenti-niger nitoris interni mican-

---

n. 402. Fragmentum altum palm. 4. Caput & truncus statuae, altae olim circiter palm. 6 $\frac{1}{2}$.

n. 324. 325. Fragmenta dua tabulae figuris & hieroglyphicis insculptae : alterum longum unc. 10 $\frac{1}{2}$, alterum palm. 1.

n. 337. Fragmentum altum unc. 8 $\frac{1}{3}$. Caput statuae, altae palm. 4 $\frac{2}{3}$.

n. 340. Statua capite mulctata, sedens in trono hieroglyphicis decoro, alta palm. 1, unc. 3.

n. 443. Statua, pedibus infra genua amputatis, alta palm. 2, unc. 10 $\frac{1}{2}$

n. 404. Fragmentum tabulae hieroglyphicis insignitae; altum palm. 1, longum palm. 1, unc. 5.

n. 234. Fragmentum altum palm. 1, latum palm. 1, unc. 6; cum hieroglyphicis eleganter insculptis.

n. 339. Fragmentum altum unc. 6 $\frac{1}{2}$. Caput statuae, altae palm. 3.

Digitized by Google

tis, inspersus feldspato transparenti, quod colorem ad viridem vergentem ex basalte traxit.

N. 248.

Basaltes canescenti-niger, praecedenti similis, inspersus hornblenda nigra, partim informi, partim crystallisata et feldspato canescenti-albo.

N. 16. 344.

Basaltes obscure canescenti-niger, praecedenti similis, inspersus hornblenda nigra et granis minutis, ut videtur, silicis olivini olivaceo-viridis ad flavum vergentis.

N. 203.

Basaltes canescenti-niger, praecedenti similis, inspersus hornblenda nigra, partim informi, partim crystallisata crystallis, ut videtur, silicis olivaceo-viridis et mica atro-nigra rara, quae superficiem politam reddidit nigrius maculosam.

N. 327.

Basaltes praecedenti similis, inspersus hornblenda nigra, partim informi, partim crystallisata & granis minutis silicis olivini olivaceo-viridis, superficie hinc et

---

n. 248. Fragmentum tab. hieroglyphice inscriptae, altum unc. 6 $\frac{1}{2}$ lat. unc. 7.

n. 16. Opus pervetustum, altum palm. 1, unc. 1; latum unc. 8. Duae statuae a tergo adhaerentes tabulae, in qua sunt notae hieroglyphicae ruditer exaratae.

n. 344. Capitulum columnae duabus faciebus muliebribus ornatum, altum unc. 8 $\frac{1}{2}$, latum 5.

n. 203. Statua sedens in throno hieroglyphicis decoro, alta palm. 1, unc. 1 $\frac{1}{2}$.

n. 327. Fragmentum e pedibus & basi statuae cum trabe hieroglyphice inscriptae, altum unc. 6.

illinc coloris rubescentis - bruni, forse ob ferrum decompositum.

N. 399.

Basaltes canescenti niger, inspersus hornblenda canescenti - nigra, ut videtur, crystallisata & granis minutis silicis olivini lucide olivaceo - viridis informis et crystallisati crystallis, ut videtur, prismaticis quatuorlateralibus; quarum quaedam decompositae superficiem reddiderunt cavernosam.

N. 180. 233.

Basaltes obscure canescenti - niger superficie multum cavernosa.

Hi basaltes cavernosi quoad substantiam & superficiem simillimi sunt basaltae statuae villae Burghesianae, seu Pincianae, quam cel. *Dolomieu* in diario, quod inscribitur *Journal Physique* mensis septembris 1790., existimat esse vulcanicae originis; sed cum statua tantum superficialiter porosa sit, intus autem densissima, quod observavi tum in tabula quadam ab eadem statua dissecta, tum in statua ipsa, sequitur, sive intemperiem aeris, sive humiditatem terrae, qua longo tempore sepulta fuit, sive decompositionem silicis olivini, quo inspersa est, sive alius materiae dissolubilis, veram esse causam huius porositatis.

N. 455.

Basaltes canescenti - niger, inspersus silice leucite

---

n. 399. Fragmentum labri hieroglyphicis ornati, altum unc. 6, latum 8 $\frac{1}{2}$, spissum 3.

n. 180. Fragmentum altum unc. 7 $\frac{1}{2}$. Caput statuae, altae pal. 3 $\frac{3}{4}$.

n. 233. Fragmentum altum unc. 9. Caput statuae, altae palm. 4 $\frac{1}{2}$

n. 455. Caput statuae, altum palm. 1, unc. 1.

& hornblenda virescenti - nigra , utraque crystallisata , et quidem illa , ut videtur , modo granatorum , hac autem prismatibus quatuorlateralibus .

Hic simillimus est basaltae, seu *lavae basaltinae* vulcanorum montis Albani aliorumque extinctorum,& Vesevi Neapolitani adhuc eructantis . Certe ex eruditorum iudicio monumentum *Musei Borgiani* sub hoc *n.* 455. refert genium sculpturae Romano - Aegyptiae , seu imitationis , & Romae fuit acquisitum .

P O R P H Y R I T E S

a) *ruber* .

N. (D)

Porphyrites obscure coccineo - ruber silice corneo, inspersus feldspato denso , partim albo , partim carmineo - rubro crystallisato crystallis prismaticis quatuorlateralibus , fractura festucosa.

N. (E)

Porphyrites obscure sanguineo - ruber silice corneo, inspersus feldspato denso carneo - rubro , eadem crystallisatione criystallisato .

Hic est *porphyrites Plinii lib.* 36. 7., quem dicit rubere albis intervenientibus punctis , unde Romae exstant plurima monumenta, praesertim columnae .

b) *viridis* .

N. 347.

Porphyrites clare prasino - viridis silice corneo ,

---

n. 347. Scarabaeus scalpturae egregiae , hieroglyphicis perquam elegantibus insignis ; longus uncias 3 , lineas 9 ; latus unc. 2 , lin. 6 .

Digitized by Google

inspersus feldspato lacteo - albo, partim informi, partim crystallisato ut priores.

N. (F)

Porphyrites obscure olivaceo - viridis silice corneo, inspersus feldspato denso obscure pomaceo - viridi; dicto modo crystallisato crystallis, partim solitariis, partim duabus vel tribus, sive adpositis, sive decussatis, vulgo *serpentino antico*.

c) *niger*.

N. (G)

Porphyrites atro - niger, inspersus feldspato denso lacteo - albo crystallisato eodem modo ac priores.

SCHISTVS MICACEVS

N. 403.

Schistus micaceus mica brunescenti - nigra, inspersus minutissimis granis quarzi albidi.

N. (H)

Schistus micaceus mica smaragdino - viridi, inspersus granis minutis quarzi albi.

SAXVM ARENACEVM

a) *commune*.

N. 398.

Saxum arenaceum commune granis quarzeis hya-

---

n. 403. Fragmentum tabulae cum anaglypho nitide expolito, atque cum notis hieroglyphicis incisis; latum palm. 1.

n. 398. Fragmentum baseos cum hieroglyphicis affabre insculptis, longum unc. 11 $\frac{1}{2}$, altum 4 $\frac{1}{2}$.

Digitized by Google

cinnabarino-rubris angulosis, inspersum granis quarzeis albis raris, & conglutinatum, ut videtur, ochra ferruginea.

N. 485.

Saxum arenaceum commune granis quarzeis mordoreo-rubris, inspersum granis quarzeis albis & conglutinatum ochra ferruginea.

b) *brecciatum*.

N. (I)

Saxum arenaceum brecciatum fragmentis maioribus angulosis & minoribus rotundis granitis viridis *n.* 17., eiusdem hornblenda nigra plurima inspersi; granitis quarzo albo & hornblenda viridi; silicis cornei olivaceo-viridis, eiusdem hornblenda nigra inspersi; silicis pyromachi fumoso-grisei; iaspidis fasciati stramineo-flavi & gramineo viridis; iaspidis vulgaris rubescentis-bruni, sanguineo-rubri, obscure lazulo-coerulei ad nigrum vergentis & plurium colorum, forte conglutinatis quarzo.

N. (K)

Saxum arenaceum brecciatum fragmentis angulosis & rotundis, tum eorum fossilium, quae in praecedenti reperiuntur, tum praeterea iaspidis fasciati pomaceo-viridis & lateritio-rubri, & iaspidis Aegyptiaci isabello-flavi.

---

n. 485. Fragmentum statuae sedentis in throno, & tabulam tenentis hieroglyphice inscriptam; altum uncias 7, latum 7 $\frac{1}{2}$, longum palm. 1. unc. 3 $\frac{1}{2}$.

Digitized by Google

Ex hoc pulcherrimo saxo, vulgo *breccia di Egitto*, quod politum summi nitoris est, egregia spectantur monumenta in villa Albani.

SILEX TOPAZIVS

N. 207. *

Silex topazius lucide vineo-flavus.

Hunc topazium veteres vocabant *chrysolithum*, qui, ut *Plinius* dicit *lib 37. 6.*, aureo fulgore translucet.

SILEX QVARZVM

a) *amethystus*.

N. 276. *

Silex quarzum amethystus violaceo-coeruleus, in quo, ut *Plinius* narrat *lib. 37. 9.*, fulgor est purpurae, non ex toto in igneum, sed in vini colorem deficiens, qui perlucet violaceo colore.

---

b) *crystallus*.

N. 334.

Silex quarzum crystallus niveo-alba, coloribus irideis intus in rimis ludens.

Haec varietas crystalli a *Plinio lib. 37. 9.* vocatur *iris*, quae sexangula est ut crystallus, & colores arcus coelestis in proximos parietes eiaculatur.

---

n. 334. Fragmentum altum unc. 3. Superior pars statuae sedentis, altae unc. 6.

Digitized by Google

N. 439.

Granites minute-granulosus, feldspato lacteo-albo, particulis minimis, mica atro-nigra rara et hornblenda eiusdem coloris, cuius maxima est pars, in eodem videtur vena arcta feldspati partim lacteo-albi, partim carneo-rubri; superficie paululum decomposita.

f) *argilla feldspato vulgari & argilla hornblenda vulgari.*

N. 446.

Granites mediocriter-granulosus, feldspato canescenti-albo, cuius minima est pars & hornblenda atro-nigra; textura densa.

N. 400.

Granites mediocriter-granulosus, feldspato canescenti-albo & hornblenda nigrescenti-viridi; textura densa.

N. 486.

Granites minute-granulosus, hornblenda atro-nigra, cuius plurima est pars, & feldspato carneo-rubro, partim integro, partim in argillam albam friabi-

---

n. 439. Fragmentum altum palm. 1, unc. 3; latum palm. 1, unc. 8; crassum unc. 8 $\frac{1}{3}$: ex inferiori parte simulacri ad communem hominum staturam eleganter expolitae, eo operis genere quod Ptolemaeorum saeculo proprium existimavit Winkelmannus; cum parte trabis hieroglyphicis ruditer scalptis insignitae.

n. 446. Fragmentum altum unc. 4. Caput statuae, altae circiter palm. 2 $\frac{1}{2}$.

n. 400. Scarabaeus, longus unc. 1, lin. 4; latus unc. 1.

n. 486. Fragmentum e pedibus parvae statuae, altum unc. 4 $\frac{1}{2}$ longum 8.

Digitized by Google

lem decomposito, quod facit, ut cavernosa instar scoriae adpareat superficies.

N. 492.

Granites minute-granulosus, feldspato canescenti-albo & hornblenda obscure prasino-viridi, utraque partibus aequalibus.

N. 17. 457. 490.

Granites minute-granulosus, feldspato canescenti-albo, hornblenda canescenti-nigra, utraque particulis minutis, & hornblenda olivaceo-viridi cuius plurima est pars, quae saxum viride reddit.

Hunc granitem Itali vocant, partim *basalte verde*, partim *granitello verde di Egitto*.

Omnes hae species granitis, si primam excipias, vocantur a cel. *Wernero Syenites*.

BASALTES

Basaltes Plinii, *Basanites* Ptolemaei seu *lapis Aethiopicus* Herodoti & Strabonis, unde in *Museo Borgiano*, & in iis, quae Romae sunt, plurima existunt monumenta Aegyptia, ad duo diversa genera referri debet; unum, quod ad montes primitivos pertinet, consistit,

---

n. 492. Fragmentum altum unc. 8 $\frac{1}{2}$. Caput & humeri statuae, altae circiter palm. 5; cum trabe hieroglyphicis insignita.

n. 17. Statua throno hieroglyphicis ornato insidens, alta uncias 8, olim inaurata, saltem in vultu, ubi auri vestigia visuntur.

n. 457. Scarabaeus, longus unc. 1, lin. 7; latus unc. 1, lin. 2.

n. 490. Fragmentum baseos parvae statuae, longum unc. 9 $\frac{1}{2}$, latum 3 $\frac{1}{2}$.

Digitized by Google

quantum adparet, sola argilla hornblenda nigra; quae interdum venis feldspaticis, frequenter autem quarzo, & feldspato, partim informi, partim crystallisato ita inspersa est, ut aliquando difficile sit determinare, sive ad basalten, sive ad syeniten *Werneri* referendum sit. Ad hoc genus adnumerari possunt granites nigri, quos sub *litt. f*) descripsimus, et basaltes *n.* 401. et 402. de quibus mox tractabimus. Alterum genus, quod recentioris formationis esse videtur, in omnibus convenit cum argilla basalte *Werneri*, si duritiem excipias duram, quae fortasse rationem suam habet in particulis minimis quarzeis, sive mixtis, sive inspersis. Hoc simillimum est *basaltae Italico*, seu *lavae basaltinae*, qua viae plurimae ab antiquis Romanis stratae fuerunt, et quam hodierni Romani & Veliterni vocant *selce* (*), vetustiores autem, *Plinius lib.* 36. 22. *Vitruvius lib.* 2. 7. *Livius lib.* 41. 27. *silicem*, & in inscriptione lapidis milliarii, quem in agro Pontino ante portam diversorii *Mesae* observavi, legitur Caesarem Nervam Traianum viam SILICE SVA PECVNIA stravisse. Plura argumenta huius rei videsis in opere *Francisci Mariae Pratilli della Via Appia lib* 1. *cap.* 7. *Napoli* 1745.

N. 401.

Basaltes atro-niger, nitoris interni nitentis, horn-

(*) Lapidicinae siliceae, quibus abundat tum ager Romanus, tum ager Veliternus, memorantur a cl. Cermelli in opere, cui titulus: *Carte corografiche e memorie risguardanti le pietre, le miniere, e i fossili &c. del Patrimonio, Sabina, Lazio, Marittima, Campagna, e dell' agro Romano. Napoli* 1782. *pag.* 34., & a cl. Lapi *del Selce Romano. Roma* 1784. *pag.* 19.

n. 401. Fragmentum altum palm. 1, unc. 4; latum unc. 11. Truncus statuae virilis nudae, hieroglyphicis notis undique refertae, quae alta fuit circiter palm. 3. Opus pulcherrimum, sive simulacri scalpturam spectes, sive notas hieroglyphicas, ea diligentia effictas qua uti solent scalptores gemmarum.

Digitized by Google

blenda informi : in hoc monumento videntur hinc et illinc venae granitis consistentis feldspato lateritio-rubro plurimo et quarzo canescenti-albo.

N. 402.

Basaltes canescenti-niger, nitoris interne nitentis conspersus minutissimis granis quarzi albi & hinc atque illinc maculis ochraceo-rubris forse ferri decompositi.

N. 324. 325. 337.

Basaltes coerulescenti-griseus nitoris interni micantis, fractura densa & quidem festucosa festucis albidis, rasura conescenti-alba, durus, opacus, gravis.

N. 340. 443.

Basaltes praecedenti similis : sed monumenta Aegyptiaca his numeris indigitata illita sunt bitumine nigro, qua de re vide *Plinium lib.* 35. 15.

N. 404.

Basaltes praecedenti similis, at inspersus granis minutis raris quarzi albi et hornblendae nigrae informis.

N. 234. 339.

Basaltes canescenti-niger nitoris interni mican-

---

n. 402. Fragmentum altum palm. 4. Caput & truncus statuae, altae olim circiter palm. 6 $\frac{1}{2}$.

n. 324. 325. Fragmenta dua tabulae figuris & hieroglyphicis inscalptae : alterum longum unc. 10 $\frac{1}{2}$, alterum palm. 1.

n. 337. Fragmentum altum unc. 8 $\frac{1}{3}$. Caput statuae, altae palm. 4 $\frac{2}{3}$.

n. 340. Statua capite mulctata, sedens in trono hieroglyphicis decoro, alta palm. 1, unc. 3.

n. 443. Statua, pedibus infra genua amputatis, alta palm. 2, unc. 10 $\frac{1}{2}$.

n. 404. Fragmentum tabulae hieroglyphicis insignitae ; altum palm. 1, longum palm. 1, unc. 5.

n. 234. Fragmentum altum palm. 1, latum palm. 1, unc. 6 ; cum hieroglyphicis eleganter inscalptis.

n. 339. Fragmentum altum unc. 6 $\frac{1}{2}$. Caput statuae, altae palm. 3.

Digitized by Google

tis, inspersus feldspato transparenti, quod colorem ad viridem vergentem ex basalte traxit.

N. 248.

Basaltes canescenti-niger, praecedenti similis, inspersus hornblenda nigra, partim informi, partim crystallisata et feldspato canescenti-albo.

N. 16. 344.

Basaltes obscure canescenti-niger, praecedenti similis, inspersus hornblenda nigra et granis minutis, ut videtur, silicis olivini olivaceo-viridis ad flavum vergentis.

N. 203.

Basaltes canescenti-niger, praecedenti similis, inspersus hornblenda nigra, partim informi, partim crystallisata crystallis, ut videtur, silicis olivaceo-viridis et mica atro-nigra rara, quae superficiem politam reddidit nigrius maculosam.

N. 327.

Basaltes praecedenti similis, inspersus hornblenda nigra, partim informi, partim crystallisata & granis minutis silicis olivini olivaceo-viridis, superficie hinc et

---

n. 248. Fragmentum tab. hieroglyphice inscriptae, altum unc. 6 $\frac{1}{2}$ lat. unc. 7.

n. 16. Opus pervetustum, altum palm. 1, unc. 1; latum unc. 8. Duae statuae a tergo adhaerentes tabulae, in qua sunt notae hieroglyphicae rudites exaratae.

n. 344. Capitulum columnae duabus faciebus muliebribus ornatum, altum unc. 8 $\frac{1}{2}$, latum 5.

n. 203. Statua sedens in throno hieroglyphicis decoro, alta palm. 1, unc. 1 $\frac{1}{2}$.

n. 327. Fragmentum e pedibus & basi statuae cum trabe hieroglyphice inscriptae, altum unc. 6.

illinc coloris rubescentis - bruni, forse ob ferrum decompositum.

N. 399.

Basaltes canescenti niger, inspersus hornblenda canescenti - nigra, ut videtur, crystallisata & granis minutis silicis olivini lucide olivaceo - viridis informis et crystallisati crystallis, ut videtur, prismaticis quatuorlateralibus; quarum quaedam decompositae superficiem reddiderunt cavernosam.

N. 180. 233.

Basaltes obscure canescenti - niger superficie multum cavernosa.

Hi basaltes cavernosi quoad substantiam & superficiem simillimi sunt basaltae statuae villae Burghesianae, seu Pincianae, quam cel. *Dolomieu* in diario, quod inscribitur *Journal Physique* mensis septembris 1790., existimat esse vulcanicae originis; sed cum statua tantum superficialiter porosa sit, intus autem densissima, quod observavi tum in tabula quadam ab eadem statua dissecta, tum in statua ipsa, sequitur, sive intemperiem aeris, sive humiditatem terrae, qua longo tempore sepulta fuit, sive decompositionem silicis olivini, quo inspersa est, sive alius materiae dissolubilis, veram esse causam huius porositatis.

N. 455.

Basaltes canescenti - niger, inspersus silice leucite

---

n. 399. Fragmentum labri hieroglyphicis ornati, altum unc.6, latum 8 $\frac{1}{2}$, spissum 3.

n. 180. Fragmentum altum unc.7 $\frac{1}{2}$. Caput statuae, altae pal.3 $\frac{1}{4}$.

n. 233. Fragmentum altum unc. 9. Caput statuae, altae palm. 4 $\frac{1}{2}$

n. 455. Caput statuae, altum palm. 1, unc. 1 [illegible]

& hornblenda virescenti - nigra , utraque crystallisata , et quidem illa, ut videtur, modo granatorum, hac autem prismatibus quatuorlateralibus.

Hic simillimus est basaltae, seu *lavae basaltinae* vulcanorum montis Albani aliorumque extinctorum,& Vesevi Neapolitani adhuc eructantis. Certe ex eruditorum iudicio monumentum *Musei Borgiani* sub hoc *n*. 455. refert genium sculpturae Romano - Aegyptiae, seu imitationis, & Romae fuit acquisitum.

PORPHYRITES

a) *ruber*.

N. (D)

Porphyrites obscure coccineo - ruber silice corneo, inspersus feldspato denso, partim albo, partim carmineo - rubro crystallisato crystallis prismaticis quatuorlateralibus, fractura festucosa.

N. (E)

Porphyrites obscure sanguineo - ruber silice corneo, inspersus feldspato denso carneo - rubro, eadem crystallisatione criystallisato.

Hic est *porphyrites Plinii lib.* 36. 7., quem dicit rubere albis intervenientibus punctis, unde Romae exstant plurima monumenta, praesertim columnae.

b) *viridis*.

N. 347.

Porphyrites clare prasino - viridis silice corneo,

n. 347. Scarabaeus sculpturae egregiae, hieroglyphicis perquam elegantibus insignis; longus uncias 3, lineas 9; latus unc. 2, lin. 8.

Digitized by Google

inspersus feldspato lacteo-albo, partim informi, partim crystallisato ut priores.

N. (F)

Porphyrites obscure olivaceo-viridis silice corneo, inspersus feldspato denso obscure pomaceo-viridi, dicto modo crystallisato crystallis, partim solitariis, partim duabus vel tribus, sive adpositis, sive decussatis, vulgo *serpentino antico*.

c) *niger*.

N. (G)

Porphyrites atro-niger, inspersus feldspato denso lacteo-albo crystallisato eodem modo ac priores.

SCHISTVS MICACEVS

N. 403.

Schistus micaceus mica brunescenti-nigra, inspersus minutissimis granis quarzi albidi.

N. (H)

Schistus micaceus mica smaragdino-viridi, inspersus granis minutis quarzi albi.

SAXVM ARENACEVM

a) *commune*.

N. 398.

Saxum arenaceum commune granis quarzeis hya-

---

n. 403. Fragmentum tabulae cum anaglypho nitide expolito, atque cum notis hieroglyphicis incisis; latum palm. 1.

n. 398. Fragmentum baseos cum hieroglyphicis affabre insculptis, longum unc. 11 $\frac{1}{2}$, altum 4 $\frac{1}{2}$.

Digitized by Google

cinthirio-rubris angulosis, inspersum granis quarzeis albis raris, & conglutinatum, ut videtur, ochra ferruginea.

N. 485.

Saxum arenaceum commune granis quarzeis mordoreo-rubris, inspersum granis quarzeis albis & conglutinatum ochra ferruginea.

b) *brecciatum*.

N. (I)

Saxum arenaceum brecciatum fragmentis maioribus angulosis & minoribus rotundis granitis viridis *n.* 17., eiusdem hornblenda nigra plurima inspersi; granitis quarzo albo & hornblenda viridi; silicis cornei olivaceo-viridis, eiusdem hornblenda nigra inspersi; silicis pyromachi fumoso-grisei; iaspidis fasciati stramineo-flavi & gramineo viridis; iaspidis vulgaris rubescentis-bruni, sanguineo-rubri, obscure lazulo-coerulei ad nigrum vergentis & plurium colorum, forte conglutinatis quarzo.

N. (K)

Saxum arenaceum brecciatum fragmentis angulosis & rotundis, tum eorum fossilium, quae in praecedenti reperiuntur, tum praeterea iaspidis fasciati pomaceo-viridis & lateritio-rubri, & iaspidis Aegyptiaci isabello-flavi.

---

n. 485. Fragmentum statuae sedentis in throno, & tabulam tenentis hieroglyphice inscriptam; altum uncias 7, latum 7 $\frac{1}{2}$, longum palm. 1. unc. 3 $\frac{1}{2}$.

Digitized by Google

Ex hoc pulcherrimo saxo, vulgo *breccia di Egitto*, quod politum summi nitoris est, egregia spectantur monumenta in villa Albani.

SILEX TOPAZIVS

N. 207. *

Silex topazius lucide vineo-flavus.

Hunc topazium veteres vocabant *chrysolithum*, qui, ut *Plinius* dicit *lib* 37. 6., aureo fulgore translucet.

SILEX QVARZVM

a) *amethystus*.

N. 276. *

Silex quarzum amethystus violaceo-coeruleus, in quo, ut *Plinius* narrat *lib.* 37. 9., fulgor est purpurae, non ex toto in igneum, sed in vini colorem deficiens, qui perlucet violaceo colore.

b) *crystallus*.

N. 334.

Silex quarzum crystallus niveo-alba, coloribus irideis intus in rimis ludens.

Haec varietas crystalli a *Plinio lib.* 37. 9. vocatur *Iris*, quae sexangula est ut crystallus, & colores arcus coelestis in proximos parietes ejaculatur.

---

n. 334. Fragmentum altum unc. 3. Superior pars statuae sedentis, altae unc. 6.

Digitized by Google

c) *prasius*.

N. 279. *

Silex quarzum prasius prasio-viridis.

N. (L)

Silex quarzum prasius clare psasio-viridis.

N. 75. *

Silex quarzum prasius prasino-viridis immixtus maculis stramineo-viridibus.

Hic prasius ab Italis vocatur *plasma di smeraldo*.

SILEX CORNEVS

N. 147. 284. 365.

Silex corneus prasino-viridis, intus nitoris expers, fractura densa et quidem festucosa, rasura alba semidurus.

N. 221. * 346.

Silex corneus olivaceo-viridis, durus, in reliquis priori similis.

N. 241. 323. 366. 442.

Silex corneus prasino-viridis, durus, inspersus

---

n. 147. Scarabaeus hieroglyphicis elegantibus insignitus, longus unc. 2, lin. 6; latus unc. 1, lin. 8.

n. 284. Statua alta palm. 1, unc. 1 $\frac{1}{4}$.

n. 365. Fragmentum e throno statuae hieroglyphicis ornato, altum unc. 6 $\frac{1}{2}$, latum 5 $\frac{1}{2}$.

n. 346. Protome muliebris, alta palmum cum semuncia, lata unc. 8 $\frac{1}{2}$

n. 241. Fragmentum altum unc. 8. Caput statuae, altae palm. 4.

n. 323. Fragmentum tabulae, hinc figuris ornatae elato opere expolitis, inde hieroglyphicis; altum unc. 6, latum palm. 1, unc. 1 $\frac{1}{2}$.

n. 366. Fragmentum tabulae, in qua mumiarum figurae exscalptae, & notae hieroglyphicae; altum unc. 7, latum 11.

n. 442. Fragmentum altum palm. 1, unc. 2. Superior pars statuae, altae palm. 2 $\frac{1}{2}$; cum hieroglyphicis in trabe dorso adiecta.

Digitized by Google

minimis particulis quarzi albi et hornblendae nigrae.

N. 483.

Silex corneus olivaceo-viridis, durus, tinctus bitumine nigro nitente.

N. 148.

Silex corneus pistaceo-viridis, durus, inspersus minimis granis hornblendae canescenti-nigrae; in superficie videntur hinc & illinc vestigia auri, quo olim inauratus fuit scarabaeus ex eo factus.

Hi silices cornei virides etiam ab Italis vocantur *basalte verde*.

SILEX CHALCEDONIVS

a) *vulgaris*.

N. 306. *

Silex chalcedonius vulgaris griseo-albus ad coelestino-coeruleum vergens.

N. 272. *

Silex chalcedonius vulgaris flavescenti-griseus.

N. (M)

Silex chalcedonius vulgaris obscure melleo-flavus, crusta lacteo-alba, vulgo *cacbelong*.

N. 56. *

Silex chalcedonius vulgaris stratis duobus, lacteo-albo & coelestino-coeruleo.

N. 46. * 233. *

Silex chalcedonius vulgaris stratis lacteo-albo et

---

n. 483. Scarabaeus, longus unc. 2, lin. 3; latus unc. 1, lin. 7.

n. 148. Scarabaeus, longus unc. 2, lin. 2; latus unc. 1, lin. 5.

n. 56. * Gemma ovata, longa unc. 3; lata unc. 2; eius generis quod *cameo* dicitur; artis ut videtur Aegyptiae antiquae.

n. 46. * Fragmentum gemmae singularis elegantiae, artis Aegyptiae antiquae. Insunt figurae prostantes in loculis incavatis, modo Aegyptiis solemni; adiectis notis hieroglyphicis.

n. 223. * *Cameo*, ad Aegyptiae artis indolem.

Digitized by Google

nigro, quod translucet colore obscure sanguineo-rubro.

Hi chalcedonii stratis praediti, sunt gemmae *onyces Plinii lib.* 37. 6., quae plurimas & varias venas habent cum lacteis zonis, omnium in transitu colore inenarrabili & in unum redeunte concentum suavitate grata.

N. 62. *

Silex chalcedonius vulgaris tribus stratis, duobus nempe carneo-rubris ad flavum vergentibus, & in medio lacteo albo.

Hic est *sardonyx Plinii lib.* 37. 6., qui candorem in sarda habet.

b) *carneolus*.

N. 294. *

Silex chalcedonius carneolus sanguineo-ruber.

N. 47. *

Silex chalcedonius carneolus sanguineo-ruber ad aurantio-flavum vergens.

Noster carneolus est *sarda* veterum. Vid. *Plinium lib.* 37. 6.

SILEX LITHOXYLON

N. 268. *

Silex lithoxylon caryophyllino-brunum, inspersum punctis albis, transparens, durum.

SILEX HELIOTROPIVM

N. 172. b) * 311. * 317. *

Silex heliotropium obscure prasino-viride, inspersum punctis sanguineo-rubris.

---

n. 294. * Scarabaeus cum hieroglyphicis.

n. 47. * Gemma anularis, hieroglyphicis eleganter insculpta, artis Aegyptiae antiquae.

N. 172. b) * Numerus 172. duplicatus habetur in catalogo *dactyliothecae Aegyptiae Borgianae*, adeoque distinctus littera *a*, & *b*.

Est idem ac *heliotropium Plinii lib.* 37. 10. porracei coloris sanguineis venis distinctum.

SILEX OBSIDIANVS

N. 413.

Silex obsidianus atro-niger.

N. 295. *

Silex obsidianus canescenti-niger.

Idem a *Plinio lib.* 36. 26. vocatur obsidianus, nigerrimus, translucidus, visu crassiore, atque in speculis parietum pro imagine umbras reddente.

SILEX LAZVLVS

N. 407. 408.

Silex lazulus obscure lazulo-coeruleus, inspersus granis pyritaceis & quarzeis albis.

N. 222. *

Silex lazulus cyaneo-coeruleus macula quarzi flavescenti alba.

Idem, ni fallor, a *Plinio lib.* 37. 9. vocatur *cyanos*, qui est colore coeruleo accommodata gratia, & in quo aliquando inest aureus pulvis, non qualis in sapphirinis.

---

n. 413. Caput parvae statue, altum unc. 2 $\frac{1}{2}$.

n. 295. * Scarabaeus.

n. 407. Statua subsidens, alta unc. 2, lin. 1.

n. 408. Statua, alta unc. 1, lin. 3.

ARGILLA JASPIS

a) *aegyptiacus*.

N. (N) (a. b. c. d.)

Argilla iaspis aegyptiacus flavo - griseus zonis concentricis isabello - flavis & nigro - brunis, fragmentis globoso - ellipticis.

b) *fasciatus*.

N. 280. *

Argilla iaspis fasciatus duobus stratis canescenti - nigris, quibus in medio est lacteo - album.

c) *vulgaris*.

N. 275. *

Argilla iaspis vulgaris clare hyacintho - ruber ad flavum vergens.

N. 150.

Argilla iaspis vulgaris cerasino - ruber.

N. 16. *

Argilla iaspis vulgaris hepatico - brunus.

N. 271. *

Argilla iaspis vulgaris nigrescenti - brunus.

---

n. 150. Parvum amuletum, aliquo modo ad cordis similitudinem factum.

n. 16. * Gemma anularis, utrinque inscripta notis hieroglyphicis.

n. 271. * Amuletum hexaedrum oblongum, cuius quatuor latera insigniuntur hieroglyphicis nitide incisis.

N. 290. *

Argilla iaspis vulgaris obscure prasino-viridis.

N. 45. *

Argilla iaspis vulgaris obscure olivaceo-viridis.

N. 224. *

Argilla iaspis aerugineo-viridis, inspersus minutissimis punctis, ut videtur, hornblendae nigrae & flammis iaspidis pallide carneo-rubri.

ARGILLA FELDSPATVM

vulgare.

N. 440.

Argilla feldspatum vulgare prasino-viride ad smaragdino-viridem vergens, inspersum partim granis minimis hornblendae nigrae, partim minutis crystallis pyritis, quod decompositum superficiem reddidit partim hepatico-brunam, partim isabello-flavam: in superficie hinc & illinc videtur bitumen nigrum.

Forte hoc feldspatum rarissimum, unde facta fuit statua Aegyptia, cuius caput in *Museo Borgiano* adservatur, est unus ex duodecim smaragdis, quorum meminit *Plinius lib.* 37. 5. & quidem ille densus, nec e liquido translucidus, qui circa Copton oppidum Thebaidis in collibus & cautibus reperitur, unde *Theophrasto*

---

n. 290. * Scarabaeus, in cuius aversa parte inscalpta est figura antiquae artis Aegyptiae indolem prae se ferens.

n. 45. * Scarabaeus.

n. 440. Fragmentum altum uncias $7\frac{1}{2}$, latum unc. 8; pendens libras 11, unc. 1. Caput statuae, quae alta fuisse videtur palmos $4\frac{1}{2}$.

Digitized by Google

teste elaborati erant obeliscus in Iovis delubro & pila in templo Herculis in Tyro . Simillimum huic nostro feldspato unicum vidi in villa Albani , in parvo sigillo Hori sedentis , quod ab nostro in eo tantum differt , quod hornblenda nigra , quae frequentior est , sit crystallisata .

N. 149.

Argilla feldspatum vulgare lucide aerugineo - viride ad coeruleum vergens , vulgo *pietra delle amazoni* .

N. 292. *

Feldspatum lucide smaragdino - viride , vulgo *pietra delle amazoni* .

N. 418.

Argilla feldspatum vulgare pomaceo - viride inspersum feldspato albo & minutissimis , ut videtur , crystallis granati hyacinthino - rubri . Quantum adparet ex pinguitudine , quae in fractura cernitur , verosimile est , feldspatum hoc viride talco quodam mixtum esse .

N. 305. *

Argilla feldspatum vulgare griseo - album , semitransparens , inspersum maculis smaragdino - viridibus .

ARGILLA SCHISTVS

N. 239.

Argilla schistus coerulescenti - grisea , superficie alba decomposita .

---

n. 149. Scarabaeus , longus unc. 1 , lin. 8 ; latus unc. 1 , lin. 2 .
n. 292. * Scarabaeus cum hieroglyphicis in parte aversa .
n. 418. Accipiter , altus unc. 4 .

n. 239. Fragmentum parvae statuae , altum unc. 5 $\frac{1}{3}$.

ARGILLA CHLORITES

schistosus.

N. 449.

Argilla chlorites schistosus nigrescenti-viridis, inspersus, ut videtur, crystallis minutis silicis granati nigri.

TALCVM NEPHRITES

N. 118.

Talcum nephrites obscure olivaceo-viride.

N. 257.

Talcum nephrites prasino-viride, vulgo *glada*.

N. 390.

Talcum nephrites pomaceo-viride ad flavum vergens.

N. 250. *

Talcum nephrites lucide olivaceo-viride, mixtum maculis nigriscenti-viridibus, superficie flavescenti-alba decomposita.

N. 214. *

Talcum nephrites virescenti-nigrum.

---

n. 449. Statua alta unc. 5 $\frac{1}{4}$.

n. 118. Fragmentum altum unc. 4 $\frac{3}{4}$. Vultus Serapidis ad Graecae artis indolem egregie fictus.

n. 257. Fragmentum cylindri, cuius diameter est unc. 2, lin. 2, altitudo unc. 2, lin. 3: characteribus Persepolitanis inscriptum.

n. 390. Accipiter, altus unc. 1, lin. 7.

n. 250. * Scarabaeus, longus unc. 1 $\frac{1}{2}$, cum figuris insculptis ad modum antiquae artis Aegyptiae.

Digitized by Google

N. (O)

Talcum nephrites virescenti-nigrum, inspersum mica vulgari, quae ludit colore aureo-flavo & pomaceo-viridi nitoris metallici.

Ex hoc talco, quod est cel. *Ferberi basaltes nigerrimus maculis ex hornblende viridescenti*, vigintinovem in *Museo Borgiano* servantur antiqua pondera, quorum duo his maculis distincta sunt, reliqua maculis smaragdino-viridibus mixta.

TALCVM SERPENTINVS

N. 406.

Talcum serpentinus atro-niger.

N. 18.

Talcum serpentinus hepatico-brunus.

TALCVM OLLARE PROPRIVM

N. 141. 142. 146. 185. 202. 221. 242. 247. 275.

---

n. 406. Fragmentum parvae statuae, altum unc. 3.
n. 18. Statua, alta unc. 10.

n. 141. Crocodilus, longus unc. $4\frac{1}{4}$.

n. 142. Crocodilus, longus unc. $3\frac{1}{2}$.

n. 146. Scarabaeus, longus unc. 2, lin. 2; latus unc. 1, lin. 6.
n. 185. Caput parvae statuae, altum unc. 2, lin. 8.

n. 202. Statua sedens, alta unc. $4\frac{1}{4}$.

n. 221. Canopus capite mulctatus, altus unc. 1, lin. 8.

n. 242. Scarabaeus, longus unc. $3\frac{1}{2}$, latus unc. $2\frac{1}{2}$.

n. 247. Fragmentum tabulae anaglypho decoratae, atque hieroglyphicis notis undique refertae; altum unc. $8\frac{1}{4}$, latum unc. $6\frac{1}{2}$.

n. 275. Statua sedens, alta unc. 6.

280. 287. 319. 326. 336. 341. 343. 378. 414. 415. 416. 474.

Talcum ollare proprium nigriscenti - viride , mixtum maculis gramineo viridibus eiusdem talci .

N. 143. 184. 222.

Talcum ollare proprium asparago - viride .

N. 488.

Talcum ollare proprium olivaceo - viride , mixtum venis maioribus & minoribus canescenti - nigris , maculis obscure hepatico - brunis & punctis minutis isabello flavis .

Monumentum sub hoc *num.* 488. indicatum , est mortariolum , quod ,ut videtur , medicamentis inserviebat .

---

n. 280. Caput statuae , altum unc. $2\frac{1}{2}$.

n. 287. Statuae pars superior , alta unc. 7 .

n. 319. Scarabaeus , longus unc. 3 , latus unc. 2 , lin. 3 .

n. 326. Statua sedens , alta unc. $2\frac{1}{2}$.

n. 336. Tabula cum anaglypho , notis hieroglyphicis undique insignita ; alta unc. $5\frac{1}{4}$, lata unc. $3\frac{1}{2}$.

n. 341. Statua ingeniculata , alta palm. 1 , unc. $4\frac{1}{2}$; cum characteribus hieroglyphicis nitide incisis in trabe dorsum fulciente .

n. 343. Statua , alta unc. $11\frac{1}{2}$.

n. 378. Statua , alta unc. $8\frac{1}{2}$.

n. 414. Statua , alta palm. 1 , unc. $1\frac{1}{2}$.

n. 415. Symplegma figurarum duarum , altum unc. $6\frac{1}{2}$, latum unc. 3 .

n. 416. Statua capite pedibusque mutila , alta palm. 1 , unc $\frac{1}{2}$.

n. 474. Cercopithecus sedens , altus unc. 3 .

n. 143. Sphinx capite mulctata , lunga onc. 2 , lin. 6 .

n. 184. Fragmentum altum unc. $4\frac{1}{2}$. Superior pars statuae .

n. 222. Statua sedens , alta unc. $4\frac{1}{2}$.

N. 270. *

Talcum ollare proprium olivaceo-viride, mixtum guttis gramineo-viridibus.

N. (P)

Talcum ollare proprium smaragdino-viride semitransparens, inspersum maculis ochraceo-flavis irregularibus oblongis, forte eiusdem talci.

N. 20. 21. 22. 23. 24.

Talcum ollare proprium virescenti-griseum ad coeruleum vergens.

N. 364.

Talcum ollare proprium flavescenti-griseum ad isabello-flavum vergens, partibus dispertitis scapiformibus rectis tenuissimis, admodum simile talco *steatiti lamellari* cel. *Karstenii*.

N. 162. 320.

Talcum ollare proprium brunescenti-nigrum.

N. 88. 161. 204. 263. 322.

---

n. 20. Statua, pedibus circa genua amputatis, alta unc. 11 $\frac{1}{2}$.

n. 21. 22. 23. 24. Statuae, ut n. 20. altae circiter unc. 11.

n. 364. Tabula, ut n. 336, alta palm. 1, unc. $\frac{1}{2}$, lata unc. 4.

n. 162. Statua sedens, alta unc. 4 $\frac{1}{4}$.

n. 320. Statua, alta unc. 7.

n. 88. Tres larvae uncialis magnitudinis.

n. 161. Patera anaglypho decora, cuius diameter unc. 4, lin. 3.

n. 204. Tabula, ut n. 336, alta unc. 5 $\frac{1}{3}$, lata unc. 4 $\frac{1}{2}$; ima parte mutila.

n. 263. Fragmentum altum unc. 9 $\frac{1}{4}$. Inferior pars statuae, eius generis quod ad Ptolemaeorum aevum refertur a Winkelmanno; cum hieroglyphicis in trabe dorso adhaerente perquam nitide insculptis.

n. 322. Tabula, ut n. 336, alta unc. 5 $\frac{1}{4}$, lata unc. 3 $\frac{1}{4}$.

Digitized by Google

Talcum ollare proprium virescenti - nigrum, mixtum maculis gramineo - viridibus raris.

N. 242. * 318. 321.

Talcum ollare proprium obscure virescenti-nigrum.

Ad hoc genus talcosum, unde existunt tot monumenta Aegyptiaca in *Museo Borgiano*, pertinet *lapis Thebaicus* veterum, qui integras partes montium constituebat, & cuius lapidicinarum mentionem facit *Theophrastus* in libro *de lapidibus*; qui erat niger seu obscuri coloris, & quidem interstinctus aureis guttis, *Plin. lib.* 36. 8. Praeterea mollis seu semidurus, nam succum ex se reddit, *Plin. lib.* 36. 22. Denique adhibebatur ad mortaria, utpote naturali quadam bonitate conveniens ad terenda colliria, *Plin. lib.* 36. 8. Si conferamus has notas cum quocumque lapide Aegyptio, inveniemus, quod hae cum solo talco conveniunt, quod nempe saxum est, frequenter nigrum seu obscurum, & interdum interstinctum mica aureo - flava, molle seu semidurum, & quo utebantur Aegyptii ad mortaria, cuius rei exemplum habemus in monumento relato ad *n.* 488.

CALCAREVS MARMOR

a) *densum vulgare*.

N. 175.

Calcareus marmor densum vulgare niveo-lacteum.

N. 262.

Calcareus marmor densum vulgare flavescenti-album.

---

n. 242. * 318. Larvae, ut sub n. 88.

n. 321. Tabula, ut n. 336, alta unc. $7\frac{1}{2}$, lata $3\frac{1}{4}$; ima parte mutila.

n. 175. Accipiter, altus palm. 1, unc. 8.

n. 262. Tabula, ut n. 336, alta unc. 3, lin. 4; lata unc. 1, lin. 7.

Digitized by Google

N. 441.

Calcareus marmor densum vulgare flavescenti-album, porpytibus petrificatis refertum. Monumentum Aegyptiacum hoc *num.* 441. designatum rarissimum est.

N. 451.

Calcareus marmor densum vulgare rubescenti-griseum.

N. 144.

Calcareus marmor densum vulgare flavescenti-griseum.

N. 452.

Calcareus marmor densum vulgare obscure flavescenti-griseum.

N. 52

Calcareus marmor densum vulgare isabello-flavum.

N. 243. 244.

Calcareus marmor densum vulgare isabello-flavum ad flavescenti-brunum.

Ad hanc speciem calcaream pertinet *lapis Troicus* veterum, ex quo, ut refert *Strabo Geograph. lib.* 17. *p.* 1162., pyramides Aegyptiae constructae erant. Ex descriptione itineris cel. *Niebuhr tom.* 1. *p.* 199. constat eas ex calcareo porpytibus referto, qui in monte nunc *Mokattam*, antiquitus *monte Troico*, foditur, aedificatas esse.

---

n. 441. Statua, pedibus infra genua amputatis, alta palm. 2, unc. 8.

n. 451. Statua humi sedens, alta unc. $4\frac{1}{2}$.

n. 144. Statua humi sedens, alta unc. $1\frac{1}{3}$.

n. 452. Cercopithecus sedens, altus, unc. $4\frac{1}{3}$.

n. 52. Statua, alta unc. 1, lin. 1.

n. 243. Statua subsidens, alta unc. $4\frac{1}{4}$.

n. 244. Statua subsidens, alta unc. $2\frac{2}{4}$.

b) *lamelloſum*.

N. 187. 368.

Calcareus marmor lamelloſum granulare lacteo-album.

N. 15.

Calcareus marmor lamelloſum granulare lacteo-album transparens, diviſum stratis ſeu rimis frequentibus.

N. 484.

Calcareus marmor lamelloſum granulare lacteo-album, inſperſum mica argenteo-alba in rimis, quibus illud abundat.

Admodum ſimile est hoc marmor illi, quod cl. *Petrinius* in ſuo *Gabinetto Mineralogico &c. tom.* 1. *Roma* 1791. *pag.* 146. vocat *marmor Pentelicum*.

N. 176. 188. 444.

Calcareus marmor lamelloſum granulare caneſcenti-album ad coeleſtino-coeruleum vergens.

N. 177.

Calcareus marmor lamelloſum granulare flaveſcenti-album, ſuperficie iſabello-flava.

---

n. 187. Fragmentum altum unc. 10. Caput statuae paullo infra staturam vulgarem, vultu ut videtur referens Ptolemaeum V, Aegypti regem: ad Graecae artis indolem eleganter expolitum.

n. 368. Statua humi ſedens, capite mulctata, alta palm. 1.

n. 15. Protome muliebris, alta unc. 8; artis Graeco-aegyptiae.

n. 484. Lapis quadratus palmorum a $\frac{1}{2}$, ſpiſſus unc. 3; inventus Romae. Scalptum eſt in eo caput habitu Aegyptio, atque ex incavo proſtans, uti plerumque ſunt anaglypha Aegyptia.

n. 176. Sphinx decumbens, alta palm. 1, longa palm. 1, unc. 4.

n. 188. Fragmentum anaglyphi Graeco-aegyptii, altum unc. 4 $\frac{1}{2}$.

n. 444. Statua ſedens, alta unc. 11.

n. 177. Caput virile, altum unc. 9 $\frac{1}{2}$.

Digitized by Google

c) *stalactites*.

N. 232.

Calcareus marmor stalactiles zonis latis concentricis undulosis flavescenti - griseis canescenti- albis & lacteo-albis transparentibus.

Calcareus, unde factum est vas unguentarium *Musei Borgiani* sub hoc *num.* 232. indicatum, in omnibus convenit cum marmore *ophite albo*, seu *alabastrite* seu *onyche Plinii lib.* 36. 7. 8., & hodie ab Italis vocatur *alabastro calcareo*.

N. 286.

Calcareus marmor stalactites flavescenti - album, transparens zonis concentricis lateritio - rubris.

Adfine marmori *phengiti Plinii lib.* 36. 22., quod erat candidum atquè translucens venis fulvis, tanquam inclusa luce, non transmissa, cuius marmoris pulcherrima fragmenta columnaria adhuc conspiciuntur Romae in abside templi *S. Mariae in Campitelli*.

CALCAREVS SVILLVS

N. 12. 13. 14.

---

n. 232. Vas rotundum, formae inter cylindricam & ovatam, notis hieroglyphicis insignitum, cum operculo caninum caput referente; altum palm. 1, unc. 3, cum diametro unc. 10. Olim pissasphalto servando destinatum, cuius adhuc agnoscuntur reliquiae.

n. 286. Statua alta unc. $7\frac{3}{4}$.

n. 12. Statua, alta palm. 1, unc. $2\frac{1}{2}$; insistens stylobatae alto unc. $2\frac{3}{4}$, longo $10\frac{1}{2}$, lato $5\frac{1}{3}$.

n. 13. Accipiter, longus unc. 4.

n. 14. Caput imberbe, altum unc. $4\frac{1}{2}$.

169. 170. 171. 172. 173.

Calcareus suillus niveo-lacteus multum inquinans.

N. 153. 417.

Calcareus suillus flavescenti-albus, superficie isabello-flava. N. 174.

Calcareus suillus flavescenti-griseus ad album vergens, particulis pulverulentis, ut videtur, arena mixtis, poris frequentibus in superficie, quos, ut adparet, forte ex aqua contraxit.

CALCAREVS MARGA

indurata.

N. 168.

Calcareus marga indurata cinereo-grisea bituminosa, quae frictione urinosum, & anhelatione argillosum reddit odorem.

---

n. 169. Tabula, figuris ex incavo prostantibus, atque notis hieroglyphicis exornata; alta palm. 2, unc. 4; lata palm. 3, unc. 1.

n. 170. Tabula, ut n. 169, alta palm. 2, unc. 10 $\frac{1}{2}$; lata palm. 1, unc. 4 $\frac{3}{4}$.

n. 171. Tabula, ut n. 169, alta palm. 3, unc. 3 $\frac{1}{2}$; lata palm. 1, unc. 10 $\frac{1}{3}$.

n. 172. Tabula, ut n. 169, alta palm. 3, unc. 3; lata palm. 2, unc. 1.

n. 173. Fragmentum tabulae, ut n. 169, altum palm. 2, unc. 9 $\frac{1}{2}$; latum palm. 2.

n. 153. Tabula cum figura anaglyptica, alta unc. 6, lata 3 $\frac{1}{2}$, spissa 1 $\frac{1}{3}$

n. 417. Statua humi sedens, alta unc. 3.

n. 174. Fragmentum altum palm. 1, unc. 5. Caput statuae, ad vulgaris staturae modulum; artis Graeco-aegyptiae.

n. 168. Fragmentum tabulae, ut n. 336, altum unc. 12 $\frac{1}{4}$, latum unc. 5 $\frac{1}{2}$, spissum unc. 2 $\frac{1}{10}$.

Digitized by Google

CALCAREVS GYPSVM

densum.

N. 279.

Calcareus gypsum densum flavescenti-album.

FERRVM

a) *haematites.*

N. 202. *

Ferrum haematites capillari-brunum, fractura fibrosa fibris tenuibus, rectis, parallelis, rasura flavescenti-bruna.

Ad hunc haematiten referri debet *Theophrasti* haematites ξανθη.

N. 29. *

Ferrum haematites ferreo-nigrum.

Huius haematitis existunt in *dactyliotheca Aegyptia Borgiana* gemmae *num.* xxx.

b) *magnes.*

N. 19. *

Ferrum magnes plumbeo-griseum.

Huius speciei existunt in eadem *dactyliotheca* gemmae *num.* x., ex quibus una inspersa est venis talci nephritis gramineo-viridis.

c) *pyrites.*

N. 79. *

Ferrum pyrites orichalceo-flavum superficie aerugineo-viridi.

---

n. 279. Fragmentum altum unc. 2, lin. 7. Caput parvae statuae ad Graecae artis indolem pulcherrimè expolitae.

n. 202. * Scarabaeus cum hieroglyphicis.

99 937563

Digitized by Google

Digitized by Google